

TEXTS FOR STUDENTS, No. 21

GENERAL EDITORS: CAROLINE A. J. SKEEL, D.LIT.; H. J. WHITE, D.D.; J. P. WHITNEY, D.D., D.C.L.

ITINERARIUM REGIS RICARDI

by Richard Canon of Holy Trinity

ed. BY

M. T. STEAD

LONDON
SOCIETY FOR PROMOTING CHRISTIAN KNOWLEDGE
NEW YORK: THE MACMILLAN CO.
1920



INTRODUCTION

THE *Itinerarium Regis Ricardi*, from which the following extracts are taken, is a contemporary account of the Third Crusade. The author certainly accompanied Richard on his journey to Palestine, and was an eyewitness of most of the events he describes. He was inspired with a sincere enthusiasm for the Crusading cause, and with an admiration of Richard's exploits and character. He was probably Richard, Canon of the Holy Trinity in Aldgate, who was in the service of the Knights of the Temple.

Attached as he was to Richard's service, the author, naturally, was prejudiced against the French; and he shows a contempt for Saladin which is distinctly unfair.

The style of the *Itinerarium* is deeply influenced by the *Vulgate*, and it is a good example of medieval Latin. It is disfigured by few of the puns, false antitheses, and so forth, to which some medieval authors were addicted, and the author has a good vocabulary and a regard for the rules of grammar.

He says of his own work: "Quod vidimus testamur, et res gestas, adhuc calente memoria, stilo duximus designandas. At si cultiorem dicendi formam deliciosus exposcit auditor noverit nos in castris fuisse cum scripsimus; et bellicos strepitus tranquillæ meditationis otium non admisisse." The work was probably given its final form after Richard I.'s death.

The text of these selections is reprinted by the kind

permission of the Master of the Rolls from Bishop Stubbs's edition of the *Itinerarium Regis Ricardi* in the Rolls Series; the spelling there given has been followed. The glossary contains only those words occurring in unusual senses and those not found in an ordinary Latin dictionary.

M. T. STEAD.

CONTENTS

NOTE.—The references given at the beginning of the extracts are to the Rolls Series edition of the *Itinerarium Regis Ricardi.*


MAP OF PALESTINE.
TO ILLUSTRATE THE THIRD CRUSADE.
Beirut
Sidon
Tyre
Richard's route from Cyprus
Acre
Philip's route
Haipha
Hittim
Tiberias
Caesarea
Arsuf
Joppa
Nablus
Ramleh
Beitnuba
Ibelin
JERUSALEM
Ascalon
Bethlehem
Gaza
Darum
Kerak
English Miles
0
10
20
30
40

ITINERARIUM REGIS RICARDI

Saladin takes Jerusalem, 1187.*

JEROSOLIMAM victor† tam festinus quam infestus aggreditur, urbem obsidet, machinas exstruit, loca sacra sacrilegus irreverenter invadit. Cives equidem, quas possunt defensiones objiciunt sed quicquid tentatur a nostris caret effectu, profectum non invenit; arcus, balistæ, petrariæ inutiliter tractantur; sicque tam arma quam machinæ iram Domini manifeste denunciant, et urbis præloquuntur excidium. Illuc undique quamplurimi e castris vicinis confluxerant, de loci potius sanctitate quam de munitione confisi, sed in tanta hominum multitudine bis septem milites‡ vix poterant inveniri. Cæterum sacerdotes et clerici, quanquam professioni suæ indebitum, pro tempore tamen officium militandi assumunt; et pro domo Domini strenue dimicant, illud tenentes memoriter, quod vim vi repellere, omnes leges permittunt et jura. Vulgus vero tam ignavum, quam pavidum, ad patriarcham et ad reginam,§ qui tunc urbi præerant frequenter occurrit, flebiliter queritur, instanter supplicat, ut cum Soldano de urbe tradenda quam citius paciscantur. Verum flenda magis quam commendanda pactio intercedit; nam singuli capitis sui censum dependunt; vir quidem bizantios decem, mulier quinque, infans unum; et quisquis ad solvendum non sufficit, tenetur captivus.

1187. R.S., pp. 20-1.

* See note 1. † See note 2. ‡ See note 3. § See note 4.

William, Archbishop of Tyre, preaches a Crusade, 1188, *and many take the Cross.*

TALIA dum apud Palæstinam aguntur archiepiscopus Tyri, navi conscensa, tantæ cladis nuncium jam ad orbem Christianum detulerat, et terræ tam modicæ vulnus terris omnibus intulit læsionem. Fama rerum ad aures principum allapsa decurrit, et universis fidelibus hæreditatem Christi a gentibus occupatam nuncians, quosdam concitat ad lacrymas alios accendit ad vindictam.

1188. R.S., pp. 31-3, 34.

Primus omnium magnanimus Pictaviæ comes Ricardus ob ulciscendam crucis injuriam cruce insignitur, et omnes præcedit facto, quos invitat exemplo. Pater ejus rex Anglorum Henricus jam vergebat in senium; ipse tamen et patris canitiem, et regni jus sibi debitum, et itineris tanti difficultates dissimulat, nec ullis occasionibus a cœpto declinat. Hanc viri constantiam Dominus remunerandam judicans, quem primum aliorem omnium incentorem elegit, eum cæteris principibus vel defunctis vel regressis negotii Sui executorem reservavit. Hic licet comes crucem accepit, iter tamen peregrinationis post mortem patris rex factus arripuit.

Post aliquantum tempus rex Francorum Philippus et rex Angliæ Henricus apud Gizortium crucizantur, quos utriusque regni principes et innumeri tam ecclesiasticæ quam etiam sæcularis militiæ viri, voto pariter et effectu sequuntur. In tantum vero novæ peregrinationis fervebat studium ut jam non esset quæstio quis crucem susciperet sed quis nondum suscepisset.

Tempore decurso, Romanorum imperator Fretherícus sacræ peregrinationis assumit insignia, et veri formam peregrini, tam exteriore habitu, quam interiore depromit affectu. Vir tantus, cujus imperium hinc Mare Mediterraneum, hinc Borealis claudebat Oceanus, cujus gloria continuis crevit victoriis, cujus fidelitas non sensit offensam, omnem blandientis sæculi postponit illecebram, et humilis pro Christo accingitur pugnaturus. Ejus strenuitas, præsertim in annis algentibus, non minus stupenda quam landanda est; nam cum senior esset, et filios haberet, quibus et ætas et virtus ad militandum aptior videbatur; eos tamen tanquam insufficientes reputans, ipse Christianismi negotium procurandum suscepit; filiis autem instantibus, ut vel pro illo vel cum illo susceptæ militiæ munus implerent, illum qui natu major erat, regnantem reliquit; alium vero quem ducem Suavorum fecerat, secum assumpsit.

The Death of Frederick Barbarossa, 1190.

Erat locus in Armeniæ sinu, quem hinc montes ardui, hinc Selefii flumen præterfluens coarctabat: qua dum summarii et sarcinæ transeunt victoriosus imperator subsistit. Vir quidem inclytus, cujus statura mediocriter eminens, crines rutili, barba rubens, utrinque interfusa canities; supercilia prominent, ignescunt oculi: gena brevior in amplum extenditur: pectus et humeri diffunduntur, sed et descriptio corporis in virum consurgit. In illo itaque, quod de Socrate legitur, insigne quiddam ac stupendum enituit: nam constantiam animi exprimebat vultus, semper idem et immobilis permanens, nec dolore obscurior, nec ira

1190. R.S., pp. 54-5.

contractus, nec dissolutus lætitia. In tantum vero nativum Alemanniæ venerabatur eloquium, ut quanquam alterius linguæ non inscius esset, aliarum tamen gentium missis, non nisi per interpretem loqueretur. Vir tantus, cum propter præeuntes summarios diutius substitisset, tandem mora in tædium vertitur; et iter anticipare cupiens, flumen proximum transmeare disponit, ut illud a parte summariorum anteriore remensus ad viæ redeat libertatem. O mare! O terra! O cœlum! ille Romani moderator imperii, semper Augustus, per quem Romæ veteris refloruit gloria, revixit honos, potestas excrevit: heu! aquis deperit interceptus, et licet undique in subsidium collaterales festinent, vitæ tamen senilis igniculum mors præceps et matura extinguit.

Richard becomes King of England, 1189.

OBIIT rex Henricus in Normannia, die octava Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli,* anno Domini m°c°lxxx°ix°, et sepultus est apud Fontem Ebraldi.

1189. R.S., pp. 141-2.

Igitur eodem anno post obitum patris sui, Ricardus comes Pictavensis, ordinatis rebus in Normannia, tanquam transactis duobus mensibus, transfretavit in Angliam, et die Sancti Ægidii† receptus est cum processione solemni ad Westmonasterium, et die tertia sequenti, videlicet in die ordinationis Sancti Gregorii papæ,‡ quæ dies fuit Dominica, solemniter unctus est in regem.

* See note 7. † See note 8. ‡ See note 9.

His Character and Appearance.

HUIC autem virtus Hectoris, magnanimitas erat Achillis, nec inferior Alexandro, nec virtute minor Rolando; immo nostri temporis laudabiliores facile multifariam transcendens. Cujus, velut alterius Titi,

1189. R.S., pp. 143-4.

"Dextra sparsit opes,"

et quod in tam famoso milite perrarum esse solet, lingua Nestoris, prudentia Ulixis, in omnibus negotiis vel perorandis, vel gerendis, aliis merito reddebant excellentiorem.

Erat quidem statura procerus, elegantis formæ, inter rufum et flavum medie temperata cæsarie, membris flexibilibus et directis, brachia productiora quibus ad gladium educendum nulla habiliora, vel ad feriendum efficaciora; nihilominus tibiarum longa divisio, totiusque corporis dispositione congrua, species digna imperio, cui non modicum competentiæ mores addebant et habitus; qui non tantum a generis dignitate, sed virtutum ornamentis summam possit consequi vel laudem.

His Departure on the Crusade.

IGITUR completa, sicut prædictum est, festivitate coronationis, surrexit rex Ricardus pro patre suo, et magnatum terræ fidelitatis securitate suscepta, sicut moris est, in signum subjectionis, singulis ejus præminentiæ submissis, a Londoniis recedens perambulabat terram, et post profectus est peregre ad

1189. R.S., pp. 145-6.

Sanctum Edmundum cujus tunc dies festivitatis instabat; inde Cantuariam. Ad cujus imperium, ad episcopatus quorum nonnulli prius vacantes in manu patris sui tenebantur, electi sunt, et assentiente rege inthronizati, episcopi Ricardus thesaurarius Londoniensis, Godefridus de Luci Wintoniensis, Hubertus Walteri Salesberiensis, Willelmus de Longo Campo Elyensis, quem et fecit rex cancellarium suum et totius Angliæ justiciarium. Præparatis itaque itineri necessariis, et regno Angliæ disposito, quantum permiserat temporis angustia, sine mora rediit in Normanniam, et apud Lyuns Dominicæ Nativitatis agebat festivitatem. Sollicitabat enim eum sine intermissione arripiendæ suæ peregrinationis intentio, votique solutio, moram æstimans periculosam, dum superesset debitum inchoandum. Unde scripsit regi Franciæ se fuisse prorsus ad iter expeditum, ut et ipse quoque festinanter procederet; argumentans patris exemplo quia

"Semper nocuit differre paratis."

Philip of France sets out also.

Cum multo itaque necessariorum apparatu, non multo post, rex Franciæ Philippus exiens a Parisius civitate, quæ est principium regni Franciæ, apud Sanctum Dionysium* profectus est; cujus ce commendavit orationibus et meritis. Sicque suam inchoavit peregrinationem cum plurima multitudine. Tunc quoque cum eo peregre profectus est dux Burgundiæ et comes Flandriæ.

1190. R.S., pp. 146-7.

* See note 10.

Meeting of the Two Kings at Vézelai.

Ibi duo reges percutiunt fœdus de mutua securitate, et fide sibi invicem utrobique conservanda, et de omnibus jure belli perquirendis æqua sorte dividendis: 1190. R.S., p. 150. præterea ut qui primus venerit ad civitatem Messanam, Apuliæ civitatem, alterius subsecuturi patienter præstolaretur adventum.

Richard sails from Marseilles to Messina, 1191.

Postea mare intravimus, et transivimus inter duas insulas, quarum altera, videlicet Sardinia, fuit a dextris, Corsica vero a sinistris. 1190. R.S., pp. 153, 154. Ibi quidem est magna maris districtio. Deinde navigavimus inter duos montes semper ardentes, quorum unus vocatur Vulcanus, et alter Strango. Inde transivimus per fluvium Farum nimis periculosum. Postea pervenimus ad Messanam civitatem, ubi classis erat regis Ricardi.

Classis quidem numero miranda, et apparatus instructione plenarie præmunita, cui similis nunquam ibi visa fuisse ferebatur, tanta, tanto opere instaurata. Plura præterea genera hominum ejusdem classis tutelæ assignata, juxta maris littora commorantium in papilionibus et tentoriis diversorum schematum: civitatis enim cavebant habitationem, propter civium impiorum insolentiam, usque ad regum adventum.

Departure of Philip and Arrival of Berengaria.

ANNO igitur Domini m°c°xc°i°, post languidioris temporis hiberni ninguidos menses, cum jam dies instarent solidiores,
1190. R.S., pp. 174-6. tempus aptum navigio gratulatur populus advenisse, pertæsus in otiis moræ longioris. A festo enim Sancti Michaelis in civitate Messana, sicut prædictum est, commorati sunt reges cum universo exercitu, usque ad jam transmissam Quadragesimam. Colloquuntur igitur de transfretatione, moram ulteriorem allegantes multifarie incommodam, tum propter serenioris temporis instantiam, tum ne inutiliter otio torpentibus deficerent expensæ, tum quod in obsidione laborantibus compatiebantur, quibus nimis tardum se dolebant præstare subsidium. Igitur dum se singuli ad iter aggrediendum expediunt, præcurrentibus nunciis regi Ricardo innotuit matrem suam reginam Alienoram, post eum properantem, emenso itinere multo, jam in proximo constitisse, et nobilem puellam regis Navariæ filiam, nomine Berengariam, secum adduxisse, regis futuram uxorem. Super quorum adventu lætati sunt universi. Interea rex Franciæ cum omni apparatu suo, ad iter arripiendum expeditus, aspirantibus prosperis ventis, cum omni classe sua profectus est: videlicet, die sabbati post Annunciationem Beatæ Mariæ; quem rex Ricardus prodeuntem diutius prosecutus est cum dignioribus proceribus in galeis suis. Sed ad transfretandum nondum ipse expeditus, tum quod universas naves suas ad vehendos equos suos et sarcinas nondum aggregaverat, tum quod, ut æstimaverat necessarium, sufficienter non erat instructus, tum quod, ut

prædictum est, matrem suam cum memorata puella jam acceperat eo venturam. Igitur postquam regem Franciæ transfretaturum dimiserat in pace, ultra Farum transvectus est usque ad civitatem Risam, ubi didicerat reginam matrem suam esse cum Berengaria, quas cum summo gaudio gratanter suscipiens, secum deduxit ad Messanam, ubi facta aliquanta mora, matrem reginam dimisit abire, et regni sui rogavit habere custodiam.

Richard sets Sail from Sicily.

Rex præparatis omnibus itineri necessariis, regem Franciæ subsequi quam potuit expeditius ex condicto properavit. Classi itaque deducendæ et custodiendæ præ- (1191. R.S., p. 176.) posito Roberto de Torneham, sponsam suam præfatam, cum sorore sua vidua, olim Siciliæ regina, præmisit prima fronte in navibus quas vulgo dicunt Dromones, versus orientem recto navigantes respectu. Deputaverat etiam eisdem mulieribus aliquot milites ad solatium et tutelam, et obsequentium turbam copiosam. Sunt autem hujusmodi generis naves ex sui gravitate cæteris pigriores, fabrica firmiori. Galearum vero multitudo perseverabat immobilis, donec rex pransus, propter contingentes importunitates, cum omni exercitu valedicens indigenis processurus ascenderet. Qui cum se ventis prosperis committeret, et fluctibus marinis, omnis illa navium multitudo ad prodeundum expedita crebris remigantium impulsibus promovetur in pelagus.

The Siege of Acre before the Arrival of Philip and Richard.

INTEREA Christi milites, quos in Terræ Sanctæ subsidium classis transvexerat, Achon premebant obsessam. Turci autem obsessi, tam suorum numerositate, quam loci firmitate confisi, pertinaciter adversariis se opponebant, urbis propugnacula occupantes, et vicem reddere contendebant impugnantibus.

1189, 1190. R.S., pp. 57, 58, 60, 61-2, 63, 64.

Nec enim Christiani sufficiebant civitatis occupare introitus, quin clanculo exirent Turci et introirent. Deum itaque in auxilium invocantes, Christicolæ patienter expectabant adventum reliquorum, qui ab occiduis orbis partibus sperabantur venturi.

Post non multum collecto exercitu rex* Tyrum procedit, sed ingredi volens a Marchiso† non admittitur, cui tamen civitas eo tenore commissa fuerat, ut regis et regni hæredibus redderetur.

Rex quanquam ad urbem impugnandam suggestione plurium incitetur, ipsam tamen injuriam prudenter dissimulat, et cum exercitu quo potest et quanto potest, Achon obsessurus festinat. Erant milites septingenti; erant et alii plures, ex omni natione Christiana collecti, sed si totam simul aciem æstimare velimus, non prorsus ad novem millia robur numeratum excrevit.

Transactis denique quatuor mensibus, rex Guido quantum habuit exercitum duxit per locum periculosissimum dictum Candelion, Salahadino prope existente, sed transitum ejus ignorante. Exeunte Augusto, die scilicet Sancti Augustini,‡

* See note 5. † See note 6. ‡ August 28.

gravis illa et longa cœpit obsidio, quæ et per duos annos protracta et duobus annis ab urbe capta elapsis, animosius inchoata.

Soldanus eo tempore castrum quod Beaufordum dicunt, obsidione cingebat, qui his quæ geruntur auditus cum exercitu plurimo Achon festinus accedit: cui ipsi qui erant obsessi in Achon mandaverant quod pars modica Christianorum applicuerant, quos in momento veniret conterere et memoriam eorum de terra delere.

Nostri quidem in arcto positi nunc ex parte civitatis oppugnantur, nunc a parte exteriori ab exercitu Salahadini, sic perplexi nec arma deponere nec etiam securi audebant comedere.

An Unsuccessful Attack on Acre.

DIVINÆ demum pietatis respectu, rejectis et repulsis adversariis, principes nostri ad machinas quibus civitas oppugnetur, operam communem impendunt. Tres itaque turres ambulatorias de sylvæ siccioris materia construunt, quarum prima Landegravum, secunda Genuenses, tertia exercitum reliquum sortitor auctorem. Certanti studio moles istæ consurgunt, quas ex trabibus et tabulatis in altum eductas, lapsus volubilis incitat, et quadam arte mechanica facilem ad motum inclinat. Artifices vero has machinas ne pereant incendio, centonibus et coriis crudis obvolvunt, et ut petrariarum impetus materia molliori exceptus non noceat, reticulatos funes a fronte protendunt. Porro eminentiæ turrium, supra murorum fastigia et urbis propugnacula sublimes, balistarios et sagittarios continent; at medias stationes occupant, qui sudibus et contis decer-

1190. R.S., pp. 84-5.

tant. Singulis autem castris suæ applicantur petrariæ, et lateratim assistunt, quibus et machinæ productæ defendantur, et mœnia dejiciantur adversa. Oppidani vero jam penitus diffidentes, urbis deditionem offerunt, ita tamen ut ipsis abscedendi libertas, et res suas asportandi, non denegetur facultas. Nostris vero renuentibus, omnique nisu insistentibus, ut confectæ machinæ muris applicarentur, resistunt viriliter oppidani vicem reddentes oppugnantibus, et incursantibus talionem. Verum sabbato post Ascensionem Domini, muris machinis propius admotis, cum jam a mane usque ad vesperam acrius oppugnarent civitatem, ecce! exercitus Turcorum exterior irruens magno cum impetu catervatim se ingerit in fossam, ut oppugnaret a tergo impugnantes civitatem, ut vel eos averteret vel omnino dissiparet. Igitur dum nostri hinc inde coerciti, utrinque divisi, se vel ab exterioribus irruentibus defenderent, vel urbi expugnandæ intenderent, et virtus minor fieret, quia partita in diversa, machinas nostras ignis succendit hostilis, quas nec potuit ulla diligentia extinguere, sed inutiles factæ sunt igne Græco consumptæ. Sicque infelici casu triumphi spes excidit, quæ quanto prius certior, tanto postmodum tristior evanescit.

Sufferings of Besieged and of Besiegers.

FAMES interea oppidanos affligit, quibus ab Ægypto Soldanus rates frugiferas noto flante transmittit. Erant autem viginti quinque, sed tres majores, dum inter turrim Muscarum et rupem proximam tentant irrumpere, duæ quidem saxis confringuntur illisæ: tertia vero portu potitur illæsa. Venientes quippe a cœpto cursu nostrorum galeæ deturbaverant:

1190. R.S., pp. 88, 123, 125.

quarum una, dum nimis temere fugientes insequitur, scopulis offensa deperit et dissipatur.

Marchisus autem voti compos cum conjuge sua et suis, statim Tyrum festinanter regressus est, per quem juxta conditionem se sperabant universi victualium exhibitione lætificandos. Sed frustra, nam præteritæ pactionis immemor, vel concessionis ingratus, exercitui fame periclitanti non destinavit vel ovum. Immo, perjurus et mendax eo volentes navigare cum victui necessariis non permisit. Crevit itaque ultra modum fames in obsidione, parum vel nihil inveniebatur emendum, nihil classe veniebat advectum.

Tunc Marchisum detestantur,
Subtracto solamine,
Per quem escis defraudantur
In famis discrimine.

News of Philip's Landing at Acre is brought to Richard.

NAVIS regia continuo cursu prima semper erat. Rex igitur cum serenato aere oculos sublevasset, eminus prospexit per tremuli maris planitiem obviam venientem navem permaximam, quam Buzam dicunt, a terra Jerosolimitana regressam. Rumorum itaque avidus ocius destinavit, qui ab eisdem qui illi navi inerant, super statu obsidionis Achonensis inquirerent certitudinem. Responderunt inquisiti, jam regem Franciæ incolumem ad obsidionem venisse, et fabricandis machinis diligenter operam impendere, quousque eo veniret rex Angliæ. Sabbato quidem Paschalis hebdomadæ applicuit rex Franciæ in portum Achon, et tota intentione occupandæ civitati operam adhibuit et diligentiam. Petrarias

1191. R.S., p. 181.

igitur erectas statui fecit juxta turrim Maledictam, aliasque machinas præparari muris conquassandis. Nam secus turrim illam hospitabatur rex Franciæ.

The Adventure in Cyprus: The Shipwreck.

VIGILIA vero Sancti Marci Evangelistæ, paulatim ante solis occasum, cœlum obtexit nubes atra caligine; et ecce! spiritus procellarum, et ventus vehemens, maris undas turbatas subvertens, irruit contrarius navigantibus. Navium autem regis Ricardi, ante ejus adventum inæqualitate ventorum dispersarum, quædam dum terram Cypri niterentur apprehendere, repugnantibus undis procellosis, ventoque rejiciente, ferebantur in cautes. Vento autem vehementius grassanti totis viribus, cum resistere nautæ tentarent, tres regis naves non procul a terra fluctibus irruentibus conquassatæ sunt, et quidam eorum qui inerant sunt submersi. Quidam autem armamentorum navium fortuitu correptorum suffragiis, non sine maxima laborum vexatione, undarum obsequio, immo procellosis jactationibus, pecunia amissa, nudi delati sunt in terram. Illos autem qui de naufragio evaserunt ad terram, sub prætextu pacis admiserunt gaudentes indigenæ, et tanquam compatientes eorum infortunio, deduxerunt in quoddam castellum vicinum reficiendos. Quoscunque vero applicantes incolumes, spoliatos omnibus armis, similiter intromiserunt in custodiam, eo se intuitu id facere allegantes, ne videlicet, si armati incederent, viderentur terram exploraturi, vel etiam expugnaturi. Asserebant quippe se Griffones aliter facere non audere, donec voluntatem imperatoris sui consulerent.

1191. R.S., pp. 184-5.

Naufragis autem nostris in custodia detentis, compassi proceres nostri eisdem destinaverunt et vestimenta, et alia quæcunque necessaria.

Richard lands, May 6, 1191.

Applicuit rex Ricardus cum universo comitatu suo in portum de Limazun, verumtamen infra naves se cohibebat.
1191. Cui cum innotuisset de naufragorum dis-
R.S., crimine, et rerum direptione, et de cæteris
pp. 188-9. quæ interim acciderant, altius indoluit, et missis in crastino, scilicet die Lunæ, duobus militibus legatis ad imperatorem,* pacifice rogavit sibi et suis satisfieri de illatis injuriis, et super rebus naufragorum restituendis in integrum, ad voluntatem suam. Imperator vero super hoc mandato vehementius indignans, ac si maxima eidem fuisset illata injuria, in verba prorupit contumeliosa.

Richard negotiated with the Emperor of Cyprus, Isaac Comnenus, and then fought him. He wedded Berengaria, and received Guy of Lusignan in Cyprus.

Message from King Philip.

Venerunt legati ad regem Ricardum, episcopus Belvacensis, et Drogo de Merlo, vir nobilis et famosus, ex parte
1191. regis Franciæ, ipsum hortantes festinanter
R.S., transfretare ad obsidionem Achonensem, quo-
pp. 199-200. niam ante ejus adventum asserebant regem Franciæ non oppugnaturum civitatem. Hæc et his similia nuncii prosequentes, verba addebant contumeliosa, quia non cum eis expeditius veniret, sed, omissis necessariis,

* See note 11.

supervacuis exercitiis operam impenderet, et arroganter persequeretur Christianos innocuos, cum tot millia Saracenorum superessent in proximo expugnanda; in quos experiendos etiam sua virtus, licet esset potior, videretur tamen esse inferior.

Richard was angry, and continued his war with Isaac until King Guy captured Isaac's only daughter in the Castle of Ghyrna.

Surrender of Isaac.

MISSOS itaque legatos ad regem Ricardum, ad agendam causam suam, et regis animum ad pietatem præstandam inclinandum, a castro de Candaira descendens, subsecutus est, habitu lugubris et vultu dejectus, et veniens ad regem ante pedes ejus se humiliavit, genibus minor, asserens se misericordiæ ejus ex toto submittere, ita quod nec sibi terram retineret, vel castellum, sed ipsum de cætero haberet ut dominum, dummodo ipsum in vincula ferrea* non conjiceret.

1191. R.S., p. 203.

Richard took the spoil of Cyprus, and left it in the hands of his men.

Richard sets Sail for Acre.

HIS itaque patratis, rex festinanter ad transfretandum intendit, et sarcinis dispositis, et spirantibus ventis prosperis, soluta est a littore classis. Reginæ promoventur in Buzis cum comitatu suo in altum. In Cypro disposuerat rex viros industrios custodes et bellatores, qui ei postea transmitterent necessaria victualia, frumentum et hordeum, carnes etiam cujuslibet

1191. R.S., pp. 204-5.

* See note 12.

generis animalium quibus Cyprus satis erat abundans. Et ecce! fama divulgante, rumor increbruit Achon in proximo fore capiendam. Quod cum rex audisset, alto corde suspirans, "Nolit," inquit, "Deus, quod, me absente, obtineatur Achon, tanto tempore obsessa, et tanto gloriosius, Deo annuente, triumphanda."

Richard's Arrival and Reception at Acre.

Rex Ricardus cum omni sua sequela, gaudenter et alacriter versus Achon, quo ferebat eum suum desiderium, properabat, et aspirante vento prospero, proxima nocte ante Tyrum fixis anchoris classis persistebat. Mane classis soluta, et velis elevatis, cum non multum progressa fuisset, apparuit locus ille, de quo prædictum est, Scandalion: deinde transmisso Casello Ymberti, eminus apparuit civitatis Achon turris excelsa, et sic paulatim cætera civitatis propugnacula. Achon circumquaque obsidione cingebat populus infinitæ multitudinis, populus ex omni natione Christianorum, quæ sub cœlo est, populus ex omnibus Christianis præelectus, bellis aptior et laborum assiduitati. Achon nimirum obsederat populus jam longo tempore, multis afflictus tribulationibus, laboribus assiduis, et famis inedia, et pluribus adversitatum generibus, juxta quod in superioribus in parte distinguitur. Apparuit præterea, a parte eorum exteriori Turcorum exercitus, quorum non erat numerus, cooperiens montes et valles, colles et camporum planities, fixis passim eorum tentoriis diversorum schematum radiantibus coloribus. Vident quoque papiliones ipsius Saladini, et tentoria fratris ipsius Saphahadini, et procuratoris Paganismi Techehedini.* Ipse etiam observabat maritima

1191. R.S., pp. 210-11.

* See note 13.

et portus maris, et frequentes in Christianos moliebatur assultus, et gravissimas incursiones. Rex Ricardus omnem eorum æstimando speculatur exercitum; qui cum delatus in portum applicuisset, rex Franciæ et totius incolarum exercitus magnates, proceres, et potentes processerunt ei obviam, excipientes cum gaudio et exultatione, cujus nimirum adventum admodum desideraverant.

All the Crusaders form one Army.

Omnis enim populus lætabatur eximie, fausta acclamans, concrepantibus trumpis; deducitur in jubilo, et fit lætitia magna in populo, quia venit desideratus cunctis gentibus. Turci vero obsessi, vice versa, de ejus adventu nimium exterriti, desolati sunt. Perpendebant enim exitus suos et reditus de cætero cessare a multitudine galearum regis. Duo reges a portu, sese mutuo deducentes gratanter, officiosis alterutrum venerabantur obsequiis. Deinde rex Ricardus in tentoria sibi præparata se recipiens, de gerendis negotiis disponebat. Multa quidem meditabatur sollicitudine, qua instantia, quo artificio, quibus machinis civitas expeditiori comprehenderetur compendio.

1191. R.S., p. 211.

Richard's Illness.

In rege nimirum Ricardo spes omnium pendebat. Cum autem per aliquot dies ibi moram fecisset, gravissimam incurrit ægritudinem, quæ vulgo Arnoldia vocatur, ex ignotæ regionis constitutione, cum ejus naturali complexione minus concordante. Nihilominus vero, petrarias suas interim et mangunellos,

1191. R.S., p. 214.

et castellum ante portam civitatis fecit erigere, omnem adhibens sollicitudinem conficiendis machinis et expediendis.

Philip also fell sick, but the attack on Acre by engines, mines, and escalade was continued.

A Breach made in the Walls.

Rex Ricardus nondum plene de infirmitate convaluerat. Verum tamen gerendorum sollicitus, magnopere vacabat urbi capiendæ. Procurabat igitur civitatem a suis oppugnari, si forte gratia divina pro voto proficeret. Fecit itaque fieri craticulam, multiplicatis nexibus consolidatam, vulgo dictam cercleiam, studiosissimo compactam apparatu, quam in fossatum extra murum civitatis statuit producendam. Subtus erant sui balistarii peritissimi; seque illuc fecit deportari in culcitra serica, ut Saracenos sua oneraret præsentia, et suos animaret ad pugnandum. Inde sua utebatur balista, cujus erat peritus, et plures jaculis peremit emissis et pilis. Sui quoque fossores meatu subterraneo turris illius, ad quam petrariæ suæ jaculabantur, fundamenta quæritabant, in quorum dehiscentem diruptionem cum lignorum materiem intrusam igne succenderent, crebris etiam petrariarum ictibus, subito corruit fragore.

1191. R.S., pp. 224-5.

Acre hard pressed.

Interea nocte et die Christianorum non cessabant petrariæ muros jugiter conquassantes. Quod videntes obsessi admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos; quorum quidam timori cedentes, exterriti

a muris de nocte se dederunt præcipites, ut evaderent, non expectato quod promis est auxilio. Eorum quoque quam
1191. plurimi Christianitatis et baptismi petierunt
R.S., suppliciter sibi contradendum sacramentum.
pp. 230-1. Super quorum summa meritorum non immerito ambigendum, cum videatur præsumendum, quod potius ab instantis timoris angustia, quam inspirante gratia divina, id sibi fieri postulaverunt; sed multis gradibus fit recursus ad salutem. Intercurrentibus assidue nunciis, satis innotuit Salahadino, quod periculosa nimis erat ulterior perseverantia in civitate Turcis, quam a facie Christianorum tueri non possent.

Surrender of Acre, 1191.

SALAHADINUS perpendens moram trahere periculum, petitionibus obsessorum tandem decrevit an-
1191.
R.S., p. 231. nuendum: præsertim hoc eidem persuadentibus admiraliis suis et satrapis, et amicis potentibus, quorum erant parentes, et cognati, et amici obsessi.

Terms.

RENUNCIANTIBUS denique nunciis Salahadini sententiam et satraparum, gavisi sunt obsessi gaudio magno. Et ecce!
1191. egressi sunt majores eorum ad reges nostros,
R.S., et per interpretem obtulerunt Achon civitatem
pp. 231-2. reddendam liberam, et sanctam Crucem resignandam, et ducentos nobiliorum Christianorum quos tenuerant captivos, et quinquaginta reddendos. Sed cum hoc nostris perpendissent ingratum, obtulerunt duo millia

nobiliorum Christianorum, et quingentos captivorum inferiorum, quos Salahadinus quærere faceret, per totam terram suam, ita quod a civitate exeuntes Turci nihil secum præter camisias asportarent singuli, relictis armis suis, et rebus omnibus cum victualibus. Et præterea pro redemptione capitum suorum darent duobus regibus ducenta talentorum Saracenicorum millia. Super his fideliter observandis, traderent obsides Turcorum nobiliores et excellentiores, qui reperirentur in civitate.

Entry of Christians.

Omnibus denique Turcis egressis, Christiani, quos duo reges jusserant, reseratis januis libere civitatem ingressi sunt, cum tripudio, et lætitia, et summa vocum exaltatione, Dominum glorificantes, et gratias agentes, quia magnificavit Deus misericordiam Suam cum ipsis, et visitavit, et fecit redemptionem plebis Suæ.

1191. R.S., p. 233.

The Kings begin to quarrel.

Processu temporis inter duos reges maxima est orta discordia, occasione illius supramemorati Marchisi, cui rex Franciæ favebat, et omnem acquisitionis suæ factæ, vel faciendæ in Terra Sancta, quæ eum contingeret, disposuerat concedere portionem. Cui concessioni rex Ricardus, compatiens afflictioni regis Guidonis, noluit præbere assensum, quia regi Guidoni potius videbatur competere.

1191. R.S., p. 235.

Philip decides to go Home.

SIC se rebus habentibus, exeunte jam mense Julii post redditum civitatem, infra quem Crux sancta promittebatur a Turcis, pro liberandis obsidibus, reddenda; ecce! rumor per exercitum increbruit, regem Franciæ, in quo pendebat spes populi, velle repatriare, et iter suum magnopere præparare. O quam probrosum, quamve contumeliosum, adhuc imminente tanto et pendente negotio, ipsum velle abire, cujus intererat tantam populi multitudinem regere, et in opus tam pium populo Christiano tam necessarium instigare, et negotii tam ardui procurare processum! O quid tantopere viam longissimam eam avida pene inutiliter pervenerat intentione, præpropere rediturus! O quam egregie votum absolutum, terram scilicet tantum intrasse, et tam brevibus in Turcos decertasse triumphis! Sed quid? Rex Franciæ morbum allegavit suæ causam esse peregrinationis, et in quantum dabatur, jam votum persolutum; sed maxime quia sanus et incolumis exstitit, quando crucem cum rege Henrico inter Triam et Gisortium suscepit, huic ejus assertioni non comparuit, qui testimonium perhiberet.

1191. R.S., pp. 236-7.

Treaty between Richard and Philip.

REGEM Franciæ rex Ricardus censuit conveniendum de mutua conservanda fidelitate securitatis. Ipsi etenim, sicut et patres eorum, sese tenera simultate reverebantur, et palliata caritate, quæ nec in posteris unquam creditur foras missura timorem. Hujus itaque titillationis urtica rex Ricardus

1191. R.S., p. 238.

sollicitatus, exegit a rege Franciæ juramentum de fidelitate servanda; quod nec in suos, nec in terram suam sciens et prudens delinqueret, dum rex Ricardus in peregrinatione perseveraret. . . .

Quam fideliter vero huic steterit conventioni et juramento, satis innotuit universis. Statim enim ut in patriam rediit, commovit terram et conturbavit Normanniam. Quid plura? accepta licentia rex Franciæ ab exercitu Achonensi recessit, cunctis ei pro benedictionibus adversa optantibus et maledictiones.

Saracen Hostages put to Death.

1191. R.S., p. 243.

Postquam revera constitit regi Ricardo, transacto jam termino et ultra, quod obdurato corde Salahadinus nihil ultra curaret de redimendis obsidibus; coacto consilio majorum in populo, decretum est nihil ulterius frustra expectandum, sed ut obsides decollarentur, reservatis aliquot tantum de majoribus et nobilioribus, si forte vel ipsi redimerentur, sive pro quibuscunque aliis Christianorum captivis commutandis.

Crusaders advance to Ascalon.

1191. R.S., p. 244.

Advesperascente jam die, voce præconis denunciatum est, movendum exercitum in proximo, et flumen Achonense transmeandum, in nomine Domini omnium bonorum largitoris, ut ad Ascalon procederent ad perquirenda maritima. Igitur ex præcepto, victualia quæ decem diebus sufficerent, navibus imposuerunt exercitui apportanda, panem, scilicet, biscoctum et farinam,

carnes et vina, et quæ viderentur esui necessaria. Nautis igitur firmiter injunctum est, ut semper navigarent e regione procedentis per terram exercitus, cum bargis onerariis et neckis, quæ victualia veherent et homines armatos. Sic igitur procuratum est, ut bipertito progrederentur exercitu, parte media, marino, parte altera, itinere terreno; non enim aliter fuit possibile terram acquirere sic a Turcis occupatam.

The Turks attacked the army on the march.

The Turkish Tactics.

Turci denique non, ut nostri, armaturis sunt onerati, sed incedentes expeditiores nostros multo majori sæpius perturbant gravamine. Turci fere sunt inermes,
1191. R.S., p. 247. arcum tantum gerentes, et clavam præacutis dentibus hirsutam, et gladium, arundineum etiam hastile cuspide ferrata, et cultellum leviter appensum: et quando forte vehementius procul effugantur, equis avolant rapidissimis, quibus in mundo non sunt agiliores, volatibus hirundinum cursu comparandi velocissimo. Turcorum etiam moris est, ut quando persenserint se fugantes a persequendo cessare, tunc et ipsi fugere cessabunt, more muscæ fastidiosæ, quam si abegeris avolabit, cum cessaveris redibit, quamdiu fugaveris fugiet, cum desieris præsto est. Non secus est de Turcis: cum persequi desistens reverteris, tunc Turcus insequitur, si fugaveris fugiet; ita scilicet rege fugante pertinaciter fugiebant, cum redire disponeret, et ipsi imminebant a tergo, quandoque non impune, sed et nostros quandoque plurimum debilitantes.

*Camp near Haïfa.**

SALAHADINUS cum Turcis semper in insidiis, nostrum procurans detrimentum, occupabat viarum angustias, inter præerupta montium, qua noster transiturus erat exercitus. Præmeditabantur enim ut vel nostros attenuatos in exitibus occiderent, aut comprehenderent, vel certe afficiendo dissiparent. Gens vero nostra, a prædicto fiumine promota, caute procedebat et ordinate. Moderata dieta pervenientes juxta Cayphas, ibi fixerunt tentoria, ut vulgus sequens expectaret. Inter mare et oppidum Cayphas, utrinque noster residens exercitus, biduo ibi morabatur; perscrutans et revolvens sarcinas, partem abjiciebat qua se arbitrabatur posse carere, partem retinens necessariam; vulgus etenim pedes incedens, maximo sarcinarum victualium onere gravabatur, et armis maxime, ut etiam in prælio præfato plurimos labor afficeret, et sitis extingueret.

1191.
R.S., p. 252.

The Army's Evening Prayer.

MORIS erat in exercitu, ut singulis noctibus, antequam dormituri cubarent, quidam ad hoc deputatus voce magna clamaret fortiter in medio exercitu, dicens, juxta quod vulgo dicitur, "SANCTUM SEPUL- "CRUM ADJUVA." Ad hanc vocem conclamabant universi, eadem verba repetentes, et manus suas cum lacrymis uberrimis tendentes in cœlum, Dei misericordiam postulantes et adjutorium. Tunc et ipse præco secundo repetebat exclamans eadem quæ prius, "Sanctum Sepul-

1191.
R.S.,
pp. 253-4.

* See note 18.

"crum adjuva," singulis hoc idem repetentibus; similiter et tertio clamantem, eadem iterantes imitabantur universi cum maxima cordis compunctione et lacrymarum effusione. Quis enim hoc in tali non faceret articulo? cum etiam hoc commemorasse tunc factum potuerit ab audientibus pias lacrymas elicere. Hujusmodi siquidem clamore non minimum sibi videbatur exercitus recreari.

March, in the Heat, to Cæsarea.

Exercitui fuit iter in littore maris molestissimum, propter nimium fervorem. Æstus quippe erat, et dietam conficiebant permaximam. Plurimi quidem æstuantes, longæ etiam viæ fame fatigati et labore extinguebantur, quos ubicunque defecerunt sepeliebant: plurimos vero fatigatos itinere vel languore aut quocunque affectos incommodo, fecit rex eis compatiens in galeis transportari, et navibus, usque ad destinatas dietas. Consummato maximo cum labore diei illius itinere, pervenit exercitus usque Cæsaream. Ibi prius fuerat gens Turcorum, et muros et turres ex parte diruerant, et villam quam maxime destruxerant: sed nostris appropiantibus aufugerant. Fixis ibidem tentoriis, pernoctabat gens nostra juxta fluvium civitati proximum, qui vocatur fluvius Cocodrillorum, eo quod cocodrilli duos milites devoraverant olim ibi balneantes.

1191. R.S., pp. 255-6.

The Turks harassed the Crusaders on the march, but there was no pitched battle until, on September 7, they reached Arsûf. There the Turks attacked.

The Battle of Arsûf: The Turkish Advance.*

INSTANTE jam hora diei quasi tertia, ecce, Turcorum nimia multitudo, quasi decem millia, impetu rapido ingruentes in nostros, certatim pila jaciebant, et mittebant
1191. R.S., p. 262. sagittas, confusis vocibus horrendum perstrepentes. Post hos accurrebat gens larvalis colore nigerrimo, qui etiam non inconvenienter ex re nomen habent, quia sicut sunt nigri, vocantur Nigreduli. Saraceni quoque commanentes in solitudine, vulgo dicti Bedewini, horridi, fuligine obscuriores, pedites improbissimi, arcus gestantes cum pharetris, et ancylia rotunda; gens quidem acerrima et expedita. Hi inflexibiliter nostro jugiter imminebant exercitui. Extra memoratos per campestria videres accedentium Turcorum competentius procuratas phalangas, tot signa lanceis connexa, tot vexilla, tot banerias particulatim variatas, tot acies per turmas aptissime distinctas, per catervas turmis dispositis, qui ad æstimationem excedere videbantur viginti millia Turcorum armatorum, seriatim accedentium.

Quality of the Warriors.

FLOS enim juventutis egregiæ Christianitatis, et militia probata eo confluxerat, et tanquam granorum simila ab aristis exserta, ab extremis finibus terræ,
1191. R.S., p. 266. tunc temporis ibi fuit coadunata, quam si quis ad internecionem conterendo dissipasset, proculdubio non superesset in mundo qui de cætero usquequaque resisteret.

* See note 19.

Richard's Courage.

Rex Ricardus, ut conturbatum vidit exercitum, et cum Turcis congressum, equo calcaribus acto, ocius advolat, nec prius a cursu temperavit, quam pertransisset
1191. R.S., p. 270. Hospitalarios primitus congressos, quibus opem cum sequela sua laturus, se fulminans a dextris perniciter ingessit in Turcorum peditum turbam improbissimam, ob ejus ictus et suorum vehementer obstupescentium, quos cogebantur experiri. Cadebant enim ab eo a dextris et a sinistris. O quot ibi subito viderentur, passim equis sessoribus evacuatis, globatim prosterni, hi gemebundi casus asperos conqueri, illi extremum trahentes spiritum in proprio cruore volutari, quamplurimi quoque truncati exanimes a prætereuntibus sine respectu conculcari.

Turks are driven Back.

Constanter cædendo gladiis malleant Christiani, expavescentes contabescunt Turci, diutius ambigua pugna
1191. R.S., pp. 271-2. conseritur: mutuos dant ictus, vincere contendunt utrique, hi cruentati retrocedunt, illi cæsi in mortem corruunt. . . .

Eximie quidem repellebatur illa gens inimica, ita quod infra duo milliaria non videretur nisi gens tantum fugitiva, quæ prius exstiterat tam pertinax, et fastu tumida, et ferocissima: sed auxiliante Deo, sic periit eorum arrogantia, qui nec etiam cessaverunt fugere, nostris etiam a persequendo cessantibus: fugientium quidem,

"pedibus timor addidit alas."

Final Turkish Repulse.

Rex nihilominus, equo favello Cyprio sedens, cujus non erat similis, versus montana prosiluit cum electo agmine
1191. suo, et quoscunque Turcorum dissipavit obvios;
R.S., et undique cadebant ab eo, tinnientibus galeis,
pp. 273-4. et prodeuntibus a ferri collisione scintillis. Tanta quidem ea die vehementia concitabatur in Turcos, lethales multiplicans ictus, ut ab ejus importabili congressu in brevi hostes universi diverterent, et exercitui nostro progressum cederent. Sic et in parte nostri lacerati ad standardum denique perveniunt, et iterum per acies ordinati, processerunt seriatim usque ad Arsur, et extra oppidum fixere tentoria. Quibus dum intenderent figendis, ecce! Turcorum cuneus maximus invasit extremitatem exercitus nostri. Audiens autem rex Ricardus vociferationem congredientium, suam gentem exhortans ad pugnam, reflexis loris rapido cursu cum quindecim tantum sociis, audacter hostes aggrediens, exclamavit voce magna, dicens, "Adjuva nos, Deus et Sanctum Sepulcrum"; et sic exclamavit secundo et tertio. Cujus vocem cum cæteri suorum audissent, festinanter secuti sunt eum, et Turcos invaserunt, et statim dispersos et diffugientes usque ad sylvam Arsuri, ex qua prius exierant, jugiter cædendo et prosternendo fugaverunt. Ibi etiam Turcorum quam plurimi corruerant. Reversus est denique rex cum suis ad castra a cæde fugientium Turcorum.

Saladin's Anger.

Audiens Soldanus gentem suam electam in qua plurimum fuerat confisus, a nostris ita dissipatam et superatam;

iracundia plenus et confusione, convocatis Admiraliis suis, dixit ad eos, "Eja! quam magnifica sunt gesta famili-"arium meorum! quam egregie proficiunt, qui
1191. R.S., p. 278. "tanta prius vigebant jactantia et arrogantia "intolerabili, cui tanta toties contuli donaria: "ecce Christianitas pro libera voluntate terram Syriæ "perambulat, nullo resistente vel repugnante."

Saladin then ordered the destruction of all castles except Jerusalem, Crac l'ès Chevaliers, and Darum. The Crusaders advanced to Joppa, where they found the fleet, and remained for seven weeks, refreshing themselves and repairing the walls. Trade was carried on between Joppa and Acre, in spite of the efforts of the Turks to prevent it.

Richard took the army into camp between the Casals of the Plains and of Maen.

In November he demanded that Saladin should yield up to him the kingdom of Jerusalem, and give him tribute from Egypt. Saladin refused, but sent his brother Saphadin to negotiate terms of peace. The negotiations failed, and the Crusaders advanced to Ramlah. Saladin withdrew into Jerusalem, and the Crusaders hoped for an early occupation of the Holy City. They suffered severely from the rains.

Anticipation of taking Jerusalem.

IGITUR lætabatur exercitus eximie, eo quod se speraret in proximo ad Dominicum diu desideratum pervenire sepulcrum. Rotantur loricæ, ne rubigine squales-
1191. R.S., p. 305. cant: tractantur galeæ mappulis, ne forte pallescant, humore lambente fulgorem; gladiorum birris exterguntur mucrones, ne qua humectatione

claritudini inimica corrumpantur. Quid autem per singula numeranda? ad aggrediendum iter se sollicite singuli expediunt, nullis nec hostili occursione retardandi obstaculis, verba quidem jactitantes magniloqua, invitis Saracenis se præmasticant, olim devotam consummaturos peregrinationem.

Army Council decides that Ascalon must be Rebuilt.

ANNO igitur Domini $m^{o}c^{o}xc^{o}ii^{ndo}$, post Epiphaniam Domini non multis evolutis diebus, coacto consilio sapientiores
1192. iterum, ut supradictum est, inter se statuerunt
R.S., tractandum, ascitis etiam discretioribus illius
pp. 308-9. terræ oriundis, utrum expediret vel procedere versus civitatem Jerusalem expugnandam, vel alias divertere. Allegantibus itaque Hospitalariis et Templariis et Polanis, ut dictum est superius, variis nitentibus rationibus ad id plurimum facientibus, dissuasum est omnino progrediendum, immo Ascalonæ civitati potius insisterent reædificandæ, quatenus ibi transitus observaretur Turcorum a Babylonia versus Jerusalem cibaria portantium. Huic tandem sententiæ in commune annuerunt majores, quod potius expediret tunc temporis Ascalonem a Turcis ereptam reædificare, et, ne liberiori transitu Turci gauderent ulterius, ibidem observare. Igitur cum jam revera innotuisset exercitui regressionis decretum, plebs inæstimabili contabuit mœstitia; gemunt omnes et suspirant, spem eorum, quam alto corde conceperant de Dominico visitando sepulcro, ita repente fuisse præcisam. Imminens itaque tristitia præcedentem de progrediendo lætitiam prorsus absorbuit, et

priorem spei conceptionem ex jam auditis expungebat desperatio. Imprecantur hujus decreti promulgantibus omne malum anxii ; maledicunt voti dilationem, et tam contrariorum gestorum procuratores. Verum si eisdem plenius innotuisset de statu et penuria eorum, qui in Jerusalem erant, moderatiori forte sollicitarentur anxietate, ex inimicorum tribulatione quamcunque habentes consolationem. . . .

In tantum nimirum extabuerunt penuria et nimia periclitabantur defectione, ut si nostris revera constaret de Turcorum tanta depressione ob aeris intemperiem, levibus tunc temporis laboribus et impensis obtinerentur, et procul dubio de facili civitas illa diu desiderata Jerusalem expugnaretur. Sed diu a nostris retineri non posset, quia peracta peregrinatione populo repatriante, non superesset gens quæ eam defendere valeret.

Withdrawal to Ramlah.

Igitur dum apud Ramulam in maxima tristitia sederet exercitus, cœperunt quam plurimi, vel ad declinandum iter laboriosum, vel, ob contumaciam et indig-

1192. R.S., p. 311.

nationem, ab exercitu recedere, unde non minimum diminutus est exercitus. Francorum enim pars maxima ob iracundiam recesserat, qui et apud Joppen aliquamdiu resederunt in otiis ; quidam etiam ad Achon regressi sunt, ubi victualium non erat egestas. Non-nulli etiam profecti sunt Tyrum ad Marchisum qui plurimum eos ad id sollicitaverat, quidam quoque cum duce Burgundiæ ob iram et indignationem diverterunt ad casellum de Planis, ubi per octo dies morati sunt.

The march by Ibelin to Ascalon was made difficult by heavy rains.

Arrival at Ruins of Ascalon.

Sic contriti, probati, fatigati, sæpius diei qua nati sunt maledicentes, frequentius seipsos colaphizantes, tandem ad Ascalonem civitatem pervenerunt; quam om-
1192. R.S., p. 312. nino ita dirutam a Saracenis solo tenus repererunt, ut vix cum summo labore per portarum introitus ingredi potuissent, super congeries lapidum. Dies illa fuit vicesima mensis Januarii. Ea nocte pro facultate virtutis singulorum sibi quisque vacabat.

Storms destroyed Crusaders' fleet, and cut off their food supplies.

Saladin Dismisses his Troops till May, 1192.

Salahadinus, audito quod gens nostra per maritima fuisset dispersa, et quod ex parte noster esset dissipatus exercitus, permisit singulos exercitus sui principes cum
1192. R.S., p. 314. gente sua in propria reverti, ut, usque mensem Maium, scilicet tempus expeditioni competens, vacantes, res suas singuli curarent domesticas. Interea Turci, qui jam per continuum quadriennium sub Salahadino laboriosissime militaverant, in castris voluntarie digressi sunt, ut desideratam reviserent familiam.

Rebuilding of Ascalon: Duke of Burgundy Quarrels with Richard.

Exeunte jam mense Januario, et instante aere puriore, rex ægre ferens exercitum in diversa dispergi, destinatis

nunciis mandavit Francis persuasorie, quatenus ad castra redirent Ascalonem, et unitate communionis consolidaretur exercitus universitas, et decerneretur a cunctis quorsum
1192. censeretur commodius divertendum; "expedit
R.S., enim," inquit, "ad capiendum consilium,
pp. 315-16. "scilicet virtute et consilio, universitatem "exercitus simul adesse, ne forte, quod absit, interveniente "discordia, perniciosius a mutuis destituamur auxiliis, et "desperabilius ad insidiatoribus expugnemur adversariis." His auditis Franci regi significant, ejus mandato se profecto parituros, sed tantummodo usque Pascha, ea quoque conditione, ut si forte mallent ad Pascha Franci recedere, sine quorumlibet contradictione et impedimento libere recederent; eis etiam libere recedentibus auctoritatem præstaret et conductum. Omnibus his rex annuit, utpote pensans multa pro tempore dissimulanda. Et ecce, redeuntibus Francis, consolidatus reparatur exercitus. Visum est igitur in commune muros Ascaloniæ reparare, et civitatem reædificare; verum proceres et majores in tantum exstiterant jam attenuati, ut vel ad modicum non sufficerent. Et tamen singuli secundum propriam virtutem opus inchoare cœperunt; unius itaque portæ majoris altius fundamenta confodiendo perquirentes, usque ad ipsius maceriei soliditatem dejecerunt dirutam lapidum congeriem. Ibi videre fuit universos in commune operari, proceres, nobiles, milites, armigeros, et servientes a manu ad manum lapides et saxa protendere. Nec erat distinctio vel differentia inter clericos et laicos, inter ingenuos et plebeios, inter satellites et principes; idem omnibus par labor, et opera simul omnes fecit æquales. Hinc et in brevi profecerunt usque ad ipsorum etiam operantium admirationem. Postea perquisitis

et adhibitis cementariis, fervet opus, et expeditius surgit altitudo murorum.

There was trouble in Acre about the claim of Conrad of Montferrat to Jerusalem; Richard went to allay the strife, but his efforts produced more discord with the French. Richard remained in Acre until March 31, *because* "Inimicum enim quamvis humilem prudentis est cavere."

The French recalled from Ascalon, April 1, 1192.

INTEREA invidiæ zelo fervente, cujus est semper superioris contabescere virtutibus, dux Burgundiæ et Marchisus, missis a Tyro legatis usque Ascalonem, manda- verunt residuis qui ibidem resederant Francis, quatenus quantocius ad ipsos properarent Tyrum, et ipsorum acquiescerent consilio, et ut, juxta juramentum prius regi Franciæ præstitum, in unicam convenirent sententiam. Tunc manifestus factus est dolus et præmeditata machinatio, ab eo tempore quo fœdus inierat ipse Marchisus cum rege Franciæ et Francis, ut videlicet, post regis discessum sibi Francos haberet confœderatos, ad ea quæ cogitaverat expeditius perpetranda. Hinc itaque tanquam in tantum sibi obligatos intendebat ab expeditione subducere Francos, quatenus relictus rex Ricardus minus valeret ad exercenda negotia regni.

1192. R.S., pp. 325-6.

Die Martis ante Pascha rediit rex ab Achone Ascalonem ad exercitum, tristis nimium et turbulentus. In crastino quoque die Mercurii, accedentes ad regem, majores Fran-

corum postulaverunt ab eo, ut juxta pactam sponsionem deputaret eis duces viarum, et abeundi libere securitatem. Quibus rex confestim annuens, assignavit eis deducendis itineris socios quam plurimos, videlicet Templarios et Hospitalarios, et comitem Henricum Campaniæ, et alios multos.

Saladin's Troops recalled.

TURCI vero uberius lætabantur, his quæ gerebantur auditis : Salahadinus etiam, referentibus iis qui hoc audierant, statim missis legatis et veredariis litterarum suarum

1192. R.S., p. 327.

portitoribus, universis suæ ditioni addictis mandando præcepit, edicto proposito, et admiratis, ut omni occasione postposita concite redirent in terram Jerosolimorum. "Franci jam," inquit, "oborta "inter ipsos simultate recesserunt, terram deserentes jam "fere vacuam defensore, quia robur belli et virtus exercitus "Christianorum jam decidit, unde de facili et terram totam "et principales civitates, Achonem et Tyrum, obtinendas "non diffidimus in brevi." Ad Soldani mandatum redeunt Turci, minus tamen voluntarii, præteritorum non immemores, et agmine rariore, licet nostræ respectu paucitatis ad superfluentem numerum excreverunt.

Richard resumed the rebuilding of Ascalon, while the French gave themselves up to luxury in Tyre.

News from England.

POST Pascha completum, imminente transfretantibus opportuna temperie, venit nuncius ad regem Ricardum, totum

quidem commoturus exercitum prior, scilicet, Herefordensis prioratus cujusdam Angliæ. Venit itaque prior ille de-
1192. R.S., pp. 333-4. portans litteras regi ex parte Willelmi Elyensis episcopi, regis cancellarii, se significantis cum aliis, quos rex regno Angliæ deputaverat interim gubernando, jam fuisse a terræ munitionibus exturbatos; nonnullos etiam parti suæ faventes in seditionibus peremptos, sicut idem prior se vidisse testabatur; et quod procurante fratre regis tunc comite Johanne, ab Anglia regis eliminato cancellario, nihil pecuniæ in thesauro regio superesset relictum, vel ubicunque locorum, nisi tantum vix quod in ecclesiis resederat occultatum. His etiam adjiciebat idem prior, quod postquam pluribus molestiis et injuriis fugatus est in Normanniam prædictus ejus cancellarius, presbyter et episcopus, et totius regni præfectus, comes præfatus exigebat pertinaciter a regni comitibus et proceribus juramenta fidelitatis et subjectionis, et castrorum custodias. Nec non et manus extenderat ad regii fisci præstationes annuas usurpandas, quæ dicuntur de Scaccario. "Super his igitur," inquit prior, "nisi maturius captaveritis "consilium quantocius repatriandi, et injurias vestras in "vos insurgentes vindicandi, his addent pejora, nec absque "belli discrimine poteritis ulterius jus vestrum recuperare." Super auditis rex nimirum vehementer obstupescens, animo diutius plura volvens et pauca proloquens, vix credendum arbitrabatur, quia tanti sceleris factio fidem videbatur excedere. . . .

In crastino rex Ricardus, coram convocatis majoribus exercitus, rem, ut audierat, exposuit, interpretans prædicta verba prioris, asserens se de necessitate oportere repatriare.

A council was held to decide what action should be taken. They advised the appointment of a new King of Jerusalem before

Richard's departure. Conrad was chosen, and, although Conrad was his enemy, Richard agreed for the sake of peace. The news of the election was carried to Tyre.

Conrad's Assassination.

MARCHISUS dum die quadam a convivio episcopi Belvacensis, cum quo comederat familiariter invitatus, in pace reverteretur hilaris admodum et jocundus, et jam pervenisset ante teloneum civitatis, ecce! duo juvenes Hausassisi sine palliis expediti, rapido impetu accurrentes, duobus cultellis, quos manibus gerebant, exsertis, hinc inde transfixis præcordiis lethaliter ipsum vulnerantes cœpto cursu prætervolabant. Marchisus statim lapsus equo moribundus volutabatur. Unus homicidarum statim detruncatus est; alter vero in ecclesiam quandam se statim immisit; qui nihilominus inde raptus per mediam civitatem pertrahendus condemnatur, quousque tantæ reum proditionis spiritum deficiens exhalaret. Verum antequam exspiraret, diligenter inquisitus, cujus instinctu vel quare sic egerit, se professus est a multo tempore eo fuisse transmissos ad id perpetrandum, et ob moventis auctoritatem et salutiferam obedientiam hoc præsumpsisse; quod verum fuisse manifeste jam patuit. Ipsi quippe juvenes diutius exstiterant in ipsius obsequio Marchisi, competentem ad id perpetrandum captantes temporis articulum. A seniore enim de Musse* se transmissos asserebant, qui Marchisum morte dignum judicabat, et infra certum illius temporis terminum trucidari mandaverat. Omnes namque quos senior ille de Musse vita reputaverit indignos, eodem modo procurat perimendos. Senior

1192. R.S., pp. 339-40.

* See note 14.

quidem de Musse de more hæreditario quam plurimos in obsequio suo solet educare pueros nobiles in palatio suo, quos docere facit omnem prudentiam et doctrinam et diverso instrui idiomate, quatenus ubicunque terrarum sine interprete in omni gente se noverint familiariter gerere.

The French slander Richard.

Exiit enim susurrium a quibusdam Francis, Francorum nequitiam tali fictione velare putantibus, lingua virosa confictum, sibilus scilicet invisus popularibus
1192. R.S., p. 341. auribus infusus, quod rex Ricardus nequiter procuraverat mortem Marchisi, et mercede conductos Hausassisos ad id agendum duos illos destinaverat homicidas. O livor infamis ! semper carpens meliora, dente corrosivo bonum zelat, et quam nequit exstinguere claritudinem gestorum intendit denigrare.

The French chose Count Henry of Champagne King in Conrad's place, and Richard accepted their choice. Count Henry's gain was, however, King Guy's loss.

Character of King Guy.

Miles erat probatissimus. Achonem primitus a Saracenis occupatam strenuissime obsedit, et diutius oppugnavit, sed
1192. Turcorum jugiter crescente multitudine, a
R.S., parte marina expugnare non prævaluit, quam,
pp. 350-1. sicut prænotatum est, vix duo reges obtinere potuerant. Numquid virtus simplicitatis obtinendo juri suo eidem debuit obesse? Eo nimirum jam sæcularis invaluit summa perversitatis, ut is amplioris reputetur gloria

dignior honoris, quo gestis noscitur immanior; sicque reverentiam acquirat astutia*, dum ignominiose jaceat pietas simplicitatis, hujus sæculi regnante prudentia. Hic est Guido rex sine regno. Verumtamen rex Ricardus, super ipsum motus pietate, et propter ipsius notam probitatem, insulæ Cypri, quamvis eam prius Templarii a rege emissent, eidem contulit gratis imperium. Sicque rex Guido, Templariorum emptionis commutata conditione, insulæ Cypri factus est imperator.

Richard took Darum, and advanced towards Jerusalem.

More News from England.

Venit ad regem ab Anglia destinatus nuncius, clericus nomine Johannes de Alenzun, indicans Angliam turbatam per Comitem Johannem fratrem regis, qui nec persuasione reginæ matris suæ, vel quorum cunque aliorum consentiens, propriæ potius ducebatur motu voluntatis: a rege quoque Franciæ crebris intercurrentibus nunciis sollicitabatur, ut jam eo res processerat, quod nisi quacunque occasione nefaria proditio refrænaretur, in proximo asseruit imminere, ut Anglia a regis Ricardi alienetur ditione. . . .

1192. R.S., pp. 358-9.

Nondum autem fama plenius propalata hujusmodi regis voluntatis, quidam dicebant quod, "rex profecto abiturus "est"; alii vero "Non, sed perseverabit; quia rumore, "incerti non avocabunt ipsum a tam pii operis consum- "mandi negotio, quia nimirum acquirendæ terræ per ipsum "hoc non expediret, nec honori suo competeret."

* See note 15.

Army decides to Advance on Jerusalem.

SUPER regis Ricardi recessu sic diversis diversa sentientibus, convenerunt unanimiter in unum duces exercitus et magistratus, Franci, Normanni, Angli, Pictavenses, Cenomannenses, Andegavenses; et una voce sibi mutuo compromiserunt, quod sive abeunte rege vel remanente, sine omni occasione procederent versus Jerusalem obsidendam. Hoc in exercitu jam cognito, fit in populo inæstimabilis lætitia: in communi congaudent universi, divites et pauperes, pusilli cum majoribus; nec jam in exercitu quisquam erat, qui pro modo suo non exhiberet exteriora indicia, testimonium gaudio cordis interioris; unde usque in mediam noctem, copiosis accensis luminaribus, ducebant choros, diversis concrepantes cantionibus, et

1192. R.S., pp. 359-60.

"Pervigili ducunt noctis dispendia plausu."

Solius animum regis ex auditis curarum urtica sollicitat, qui profunde meditans alternas variat cogitationes. Quarum mole fatigatus se lecto sternit iratus.

William of Poitou, Richard's Chaplain, urges Him to persevere.

"DOMINE rex, ex eo quod reditum acceleras in patriam, in "exercitu ab universis diffamaris, ab his maxime qui "familiarius tuum optant honorem. Quod "Deus avertat ut incertorum occasione "rumorum ab hujus terræ desolatæ avertaris "acquisitione. Hoc quidem in æternum opprobrium "credimus vobis cedendum; clarioris gloria cœpti non

1192. R.S., pp. 362, 364.

"offuscetur regressu celeriori; non in posterum objiciatur "ignaviter recessisse, pendente negotio. . . .

"Memorare quod ab occiduo huc usque egressus orbe, "ubique victor exstiteris, ante tuos pedes vinculandi proci-"derunt hostes, ante cujus faciem

"Nec cadere Antæo, nec crescere profuit Hydræ."

"Jam te tremit Soldanus, te Babylonis stupuere sinus, "Turcorum impetus horret; et quid amplius? Omnes "dicunt in commune, quod tu omnium pater exstiteris, tu "patronus et defensor Christianitatis, quam si modo dese-"rueris, idem est ac si inimicis exposueris diripiendam.

"O rex fortis, ut cœpisti
"Perdura diutius,
"Opem genti confer isti,
"Te sperat attentius
"Protectorem, ope Christi,
"Procede felicius."

Richard resolves to Stay.

Ipso nimirum loquente capellano, rex omnino tacuerat, similiter et illi, qui cum ipsis consederant in tentorio, intenti ora tenuerant. Regis quidem eodem
1192. R.S., p. 365. sermone commutatum est cor, et confirmata est cogitatio, ut clariori consolidaretur certitudine. . . .

Verum mutato proposito, per inspirationem gratiæ Dei, et sermonem capellani, dixit comiti Henrico nepoti suo, et duci Burgundiæ, aliisque proceribus, quod nec per nuncium qualemcunque sollicitantem, sive quoscunque rumores vel querelas ante Pascha recederet a terra. Igitur pridie Nonas Junii, scilicet in hebdomada Sanctæ Trinitatis, accersito Philippo præcone suo, jussit ut per exercitum clamaret, notificans regem Ricardum usque Pascha in terra

remansurum absque omni dubietate, et ut singuli juxta possibilitatem suam se expedirent instruentes ad civitatem Jerusalem obsidendam.

The March on Jerusalem.

SEDENS itaque extra Ascalonem rex et exercitus, jam prorsus ad iter instructus, die Dominica, scilicet in octavis Sanctæ Trinitatis, ab Ascalonia exiens, pro-
1192. R.S., p. 367. gressus est summo mane versus Jerusalem. Gens egregie instructa, gens electa, paulatim progreditur propter æstum.

Array of Crusaders.

IBI videre fuit innumeras ventilantes insignes banerias, multimodosque penuncellos, tot matrum filios, tot regionum oriundos, tot arma multiformia, galearum
1192. R.S., p. 367. apices gemmis vernantes, loricasque nitentes, flammeosque in scutis reptantes leones, vel aureos volitantes dracones, equos arduos ad cursum ferventiores, quorum indignata teneri ardore spumescit habena; tot mulos, tot lanceas acuta cuspide micantes; face gladiorum relucet aer; tot milites probatos et electos, quod me judice sufficerent ad Turcorum multitudinem, et satis ipsis majorem, conterendam sive sustinendam.

Richard sees Jerusalem.

REGI nunciante speculatore Turcos in montanis sedere in insidiis transeuntium, rex summo mane ad montana profectus est, Turcos quæritans, usque ad fontem Emaus, et aurora ipsos comprehendit improvidos, in quos irruens viginti peremit, alios dissipavit. Cepit quoque præconem

ipsius Salahadini, qui sua clamando proponere solebat edicta. Illi soli pepercit; et comprehendit tres camelos, et equos et mulos, et pulchros Turkemannos.
1192. R.S., p. 369. Præterea sibi lucratus est duas optimas mulas, onustas pretiosissimis sericis indumentis; specierum etiam genera multa, aloen et cætera; Saracenos etiam perniciter persequendo per montana fugavit, fugitantes cædendo, quousque unum eorum in valle quadam consecutus, transfossum ab equo dejecit moribundum. Quo contrito, rex prospiciens vidit eminus civitatem Jerusalem apparere.

The French urged an immediate attack on Jerusalem, but an army council recommended an expedition to Egypt. The French refused to accept this. Just then, Bernard, the King's spy, returned with news that a great caravan was coming up from Egypt. The French joined Richard in attacking it. All fought well, but Richard was pre-eminent.

The Attack on the Caravan.

1192. R.S., p. 389. Rex autem Ricardus, flos virtutis et vertex militiæ, universis eminentius omne tulit punctum, a cujus virtute laus omnis inferior est.

The Spoils of the Caravan.

Ibi retunsa est prorsus Turcorum superbia, et fastus abolitus, et audacia repressa; ibi carvanna potenter a nostris est mancipata. Ibi Turci jumentorum onerari-
1192. R.S., p. 390. orum carvannæ custodes et veredariorum, se gratis dedebant captivandos militibus nostris et armigeris, et manus supplices protendentes

implorabant misericordiam et miserationes, cætera quodammodo levia reputantes, dummodo vitæ parceretur. Per capistra jugales equos et camelos cum sarcinis offerebant, et mulos et mulas portantes diversi generis species pretiosas, aurum et argentum multum nimis, pallia holoserica, purpuram, cyclades, et ostrum, et multiformium ornamenta vestium; præterea arma varia, tela multiplici insutas loricas, vulgo dictas Casigans,* culcitra acu variata operosa, papiliones et tentoria pretiosissima, panes biscoctos, frumentum, hordeum et farinam, electuaria plurima et medicinas; pelves, utres, et scaccaria; ollas argenteas et candelabra, piper, cynimum, zucarum, et eeram, aliasque diversorum generum species electas; pecuniam infinitam, et rerum copias innumerabiles, quod, sicut dicebatur, nullorum unquam temporibus præliorum tanta simul et semel fuerant acquisita, vel præda consimilis, tam multiplex, tantarum opum opima variarum.

Richard's Generous Division.

IBI rex magnificus camelos suos, quibus nunquam visi sunt aptiores, distribuit militibus illis, etiam qui resederant ad exercitum tuendum, æqua proportione qua et iis qui in expeditionem profecti sunt; regem David bellatorem fortissimum in eo imitans eleganter, ut æquam scilicet acciperent portionem et pergentes ad bellum et sedentes ad sarcinas. Asinos etiam universos servientibus divisit. Tot igitur repletus est exercitus camelis et asinis, aliisque jumentis, ut vix tanta multitudo cohiberetur. Juniorum camelorum carnes assas lardo saginatas libenter manducabant; candida quippe caro fuit et satis grata.

1192. R.S., pp. 392-3.

* See note 16.

Grief of Crusaders at Retreat from Jerusalem.

Tunc nihilominus repetitur querela et planctus in populo, quod non ut optabant expediretur progressus ad obsidendam Jerusalem, renitentibus illis viginti, qui, sicut prædictum est, super hoc ipso decernendo juraverant, et ratiocinantibus quod id foret gravissimum fieri, vel impossibile, propter aquarum penuriam, quibus homines et jumenta carere non possent; præsertim tunc instante festivitate Sancti Johannis, quando omnia naturaliter arescunt, æstatis invalescente fervore, maxime circa Jerusalem, quæ in montanis sita est. Et præterea Turci obturaverant universas cisternas ex omni parte civitatis, ut infra duo milliaria non inveniretur aqua potabilis, unde nimis angustiaretur exercitus. Nec enim ab inchoata obsidione remotius aquas quæritare tutum fuisset; minimus quidem aquæ rivulus, ad radicem Montis Oliveti decurrens, tanto non sufficeret exercitui; hæc est aqua Siloæ. His de causis tunc temporis obsidere Jerusalem dissuasum est. Quod cum in exercitu factum esset notorium quod non procederent ad Jerusalem, immo jam reversurus inde fuisset exercitus, ex nimia desolatione et vehementiori tristitia cœperunt maledicere moram suam, et spem progrediendi conceptam; nec se optasse dicebant ulterius vivere quam usque obtinerent Christiani Jerusalem, et sancta non darentur in manus alienorum.

1192.
R.S., pp. 393-4.

Saladin refuses a Truce to Richard.

Igitur cum exercitus nostri status innotuisset Salahadino, quod nostri summa consilii consisteret ad retrocedendum,

revixit spes ejus, et gaudio resolutus et lætitia, sine mora nuncios destinat expeditissimos, cum litteris annulo suo signatis, ad omnes admiratos, principes regionum ditionis suæ, et satrapas, et præfectos, notificans ipsis, quod Christianos dissipasset dissensio, et quod jam dissidentes abirent; ideoque quisquis ejus stipendia vellet accipere, sine cunctatione veniret ad eum in Jerusalem. Nec mora, tanta concurrit multitudo Turcorum, ut æstimarentur viginti millia equitum armatorum, excepta peditum infinitate, quæ facile numerari non posset.

1192. R.S., pp. 397-9.

Rex Ricardus videns suorum defectum, inducias sibi prius oblatas repetit, sed non dantur; unde Darum diruit, Ascalonem munit, et per Joppen ad Achon transit.

Interea gens nostra paulatim defluxit, quorum quidam secesserunt in Joppen. Quod cum rex perpendisset, quod ad ipsos cohibendos non proficeret, quia difficile quidem in unam convenirent sententiam; quod potius in illius temporis articulo arbitrabatur agendum, mandavit Safahadino quatenus juxta prius oblatam pacis conditionem in planitiis Ramulæ, conveniret Salahadinum super impetrandis in duciis, rebus ut tunc se habentibus, usque ad tempus certum, quo possit a patria sua rediisse; et quid super his proficeret expeditius ei significaret. Salahadinus autem, quem nostri status summa non latuit, et vires nostras paulatim infirmari præsensit, nequaquam consensit nisi diruta solotenus Ascalone. Quod cum regi nunciis referentibus innotuisset, nihil visus est moveri, nec vultus ejus vel in modico mutari; immo statim imperavit equos ascendere Templarios et Hospitalarios, et cum ipsis quosdam alios, ut simul omnes essent trecenti milites, qui pergerent

diruere et dissipare castrum Darum, et ut impositis custodibus firmissime munirent Ascalonem. Regia præcepta jussi accelerant, et castro Darum æquato solo, revertuntur ad exercitum. Exercitus igitur regreditur usque Joppen gravi corde et conturbato; inde quoque sine mora profecti sunt Achonem; rex quoque cum cæteris. Porro, quam plurimi resederant in Joppen incolumes et infirmi. Et sic Achonem reversus est exercitus, ineffabiliter desolatus, et adversitatis immensitate consternatus, quos nimirum adhuc pro meritis suis Deus minus dignos reputaverit benigniori gratia donari.

Siege of Joppa.

INTEREA dum rex Ricardus ad repatriandum expeditius reditum acceleraret ab Achone, jam se navibus commissurus plenius instructis, in tentorio suo cum suis de reditu conficiendo conferret, quasi jam in crastino recessurus; ecce! apparuerunt properanter applicantes missi nuncii obsessorum in Joppen; qui cum coram regem scissis vestibus astitissent, indicabant Joppen a Saracenis occupatam cum omnibus quæ in ea erant, gentem quoque quæ supererat in turri castri obsessam, et nisi per ipsum, in quo solo mors cunctorum pendebat et salus, maturius obsessis proveniret auxilium, una de omnibus superesset sententia proculdubio pereundi, juxta pactam memoratam conditionem. Audiens rex obsessorum discrimen pereuntium, miseratus perditionem, verba nunciorum, causam adhuc prosequentium, intercipit dicens: "Vivit Dominus, Deo duce proficiscar facturus quod potero;" et confestim clamante præcone divulgatur edictum, ut ad iterandam expeditionem exercitus excitetur.

1192.
R.S.,
pp. 403-4.

Richard is delayed by Winds.

PRÆTEREA ventus contrarius irruens e regione naves regis triduo sistit immobiles subtus Caypham quo pervenerant. Rex moram importunam ægre ferens, graviter
1192. R.S., p. 405. suspirans ait, "Domine Deus! ut quid nos "detines? Attende quæsumus causam neces- "sitatis et devotionem voluntatis." Nec mora, Deo annuente, secundus afflavit ventus a tergo, classem cursu prospero deducens in portum Joppen nocte jam profunda, sequente diem Veneris.

The Turks are put to Flight.

TURCOS igitur obsistentes in littore pertinaciter invadunt audacter, quorum multitudine totum littus tenebatur: quos rex singularis præstantiæ cum balista, quam
1192. R.S., pp. 408, 409. manu gestabat, passim prosternit, cujus etiam comites electi, per littoris ampla Turcos cædentes persequebantur fugientes, nec enim ulterius, viso rege, erat eis spiritus; nec eidem audebant appropiare. . . .

O invicti regis animositas! qui, ut infra civitatis se intromiserat muros, statim explicitas banerias suas eminentius exposuit videndas Christianis, qui in turri obsidebantur. Quibus visis ineffabiliter exhilarati, concepta fiducia, sumptis armis descenderunt a turri, ut convenirent ad regem. Quo cognito turbatur Turcorum exercitus. Rex cum evaginato gladio incedens insequitur, perimit, detruncat; ante faciem ejus fugientes cadunt a dextris et a sinistris densissime ab eo: aliis etiam a turri ingredientibus, fit Turcorum cædes horrenda, quorum et plateas detruncata jam occupant cadavera. Quid singulis immorer? sine dilatione trucidati sunt universi qui in castro erant, nisi

quos forte fuga velocior eripuit; sicque condignam prius victores in suum exitium excipiunt talionem.

Flight of Saladin.

SALAHADINUS, audito regis adventu, et ejusdem tam eleganti cum suis Turcis congressu, et quod indifferenter quoscunque factos obvios trucidasset; irruerunt in ipsum timores subiti; fuit quippe, more leporis fugitivi, animal timidissimum; et avulsis properanter a loco tentoriis, subditis equo calcaribus, fugit a facie regis Ricardi, ne vel ab eo videretur

1192. R.S., p. 410.

Repair of Walls of Joppa.

IN crastino, in die Dominica, rex sollicite procuravit murorum diruta reparari; similiter et die Lunæ et Martis, ut jam qualemqualem haberent munitionem, reparatis murorum interruptionibus, sed sine calce et cemento. Verum nimis vicinus Turcorum innumerabilis imminebat exercitus.

1192. R.S., p. 412.

The Turks return to the Attack. Richard addresses the Crusaders.

"ADVERSIS," inquit, "mentis imperterritæ rigorem op-
"ponite. Convalescat virtus solidati pectoris obvia ho-
"stium asperitati, evasura profecto fortunæ
"procellas. Scitote adversa pati, quoniam
"omnis fortuna tolerabilis accidit animo virili;
"quinimmo virtutibus, sicut umbram prospera, sic adversa
"præstant lucernam. Cæterum, ad fugam non patet
"locus. Cum cuncta loca jam hostes occupaverint, fugam
"tentare est mortem adsciscere. Durate igitur, et sævius
"urgens necessitas fiat materia virtutis. Virorum nimirum

1192. R.S., pp. 416-7.

"est aut fortiter triumphare, aut gloriose mori. Martyrium "imminens animo gratanti est excipiendum. Sed ante- "quam moriamur, vita comite,* mortem nostram ulciscamur, "gratias agentes Deo, quod qualem quæsivimus per mar- "tyrium mortem nos invenire contingit. Hæc est merces "laborum, et finis vitæ simul et præliorum."

The Turks succeeded in entering Joppa after a fierce fight, but their main force was driven back. Richard, however, fell ill after the victory, and Saladin warned him that he was about to attack again. He asked the French at Cæsarea for help, but they refused it.

Richard's Council, with Count Henry and the Military Orders.

INTEREA, rex super importuna corporis valetudine sollicitus, examine subtiliori libratis rerum articulis, mandavit exhiberi præsentes cognatum suum Henricum comitem, et Templarios et Hospitalarios, quibus exposito corporis incommodo, se protestatus est propter loci corruptionem et minus securam munitionem, inde recessurum; quorum etiam quibusdam injunxit, proficisci ad observandam Ascalonem, aliis autem ut ibi residentes præessent Joppæ custodiendæ; ipse vero reverteretur Achonem, ut acceptis potionibus curaretur, nec aliter fieri posse dicebat.

1192. R.S., pp. 426-7.

They refused to garrison Joppa or Ascalon, and Richard failed to raise forces to do so.

Richard makes a Truce.

SIC rex perplexus et ignorans quid potius aliud fieret, mandavit Saphadino fratri Salahadini, ut, ipso mediante,

* See note 17.

quam potuisset honestioris conditionis inter ipsos impetraret inducias. Saphadinus, vir eximiæ liberalitatis, qui et regem ob ejus singularem probitatem crebris duxerat venerandum argumentis, sollicite tales sub hac forma procuravit inducias; videlicet, ut Ascalon, quæ superstes Salahadini terrori semper exstiterat imperio, dirueretur, a nullo hominum reparanda ante terminum trium annorum, ad Pascha proximum incipientium: sed post tres annos quisquis superiori vigeret potentia, cederet Ascalon eam occupanti. Concessit etiam Salahadinus ut Joppe restauraretur Christicolis libere et quiete inhabitanda, cum universa regione vicina, locis maritimis et montanis. Confirmandam etiam sanxit inviolandam pacem inter Christicolas et Saracenos, salvumque utrorumque libere per omnia esse meatum, et ad Sanctum Dominicum Sepulcrum absque cujuscunque pensionis exactione accessum, et cum libertate transitum deducendarum per omnem terram quarumcunque rerum venalium, et exercenda libere commercia. Harum formam induciarum in scripturam redactam, sibi recitatam, rex Ricardus annuit observandam, quia nimirum sperare non poterat potiorem, utpote æger, et quam modico fretus auxilio, et non prorsus aberat ab inimicorum statione duobus milliariis. Quisquis super hujus pacis contractu contenderit aliter sentiendum, perversi mendacii se noverit incurrisse reatum.

1192. R.S., pp. 427-9.

He and Saladin exchange Compliments.

HIS ita gestis, in articulo necessitatis, rex cujus magnanimitas semper imitabatur excelsiora, moliens ardua, æmulans summa, missis legatis mandavit Salahadino dicens, audientibus satrapis multis, se tantum ea intentione tales expetisse pro tempore inducias in tres annos, revera ut

in terram suam visendam reverteretur; item ut gentem multiplicaret et pecuniam, et reversus terram totam Jerosolimitanam erueret ab ipsius dominio,
1192. R.S., pp. 429-30. si tamen eidem quacunque fiducia reputaret resistendum. Cui Salahadinus ad hoc nunciis destinatis respondit, legis suæ sacra contestans et Deum omnipotentem, quod adeo regis Ricardi habuit gratam probitatem, magnanimitatem, et præstantiam, ut ab eo terram mallet in potentia suæ virtutis obtineri, quam ab alio quocunque principum, quem unquam viderat, si tamen diebus suis terram esset amissurus.

The Crusaders were allowed to visit Jerusalem in three detachments, under the care of Saphadin, and thus completed their pilgrimage to the Holy Places.

The Return of the Crusaders.

Consummata populi votiva peregrinatione, naves instruuntur ad repatriandum, secundisque ventis velis expositis, singuli dispositis se commisere navigiis. Nec
1192. R.S., p. 439. mora; varietate ventorum disgregatæ, naves in diversa feruntur. Per marinos tractus jactantur peregrini diutius, quorum quidam in diversos portus ejecti, utcunque evaserunt incolumes; alii sparsim periclitabantur naufragio, alii in ipsa navigatione moriebantur in mari, maris vastitatem pro cœmeterio sortiti; alii morbo incurabili corrupti, nunquam postea convaluerunt vel in patria. Alii vero quamvis fortiori perdurantes incolumitate, tamen ex amissione patrum et fratrum, parentum et amicorum armis peremptorum, vel infirmitate defunctorum, satis acerbum credentur traxisse martyrium, quorum corda diversarum passionum transverberabant gladii dolorum. Singulos itaque, licet variis modis, fatendum est satis dira pertulisse martyria, qui corde sim-

plici et devoto pro Dei amore huic se exposuerant peregrinationi. Porro, nonnulli insipienti verbositate garrientes, postea solebant improperare, dicentes peregrinos illos modicum quid profecisse in terra illa Jerosolimorum, nondum recuperata Jerusalem, nescientes quid loquerentur, quia super ignotis contenderent et inexpertis. Nobis autem arbitramur esse credendum, qui vidimus et experti sumus, quas illi sustinuerant tribulationes et angustias.

Departure of the Queens and Richard.

DIE festo Sancti Michaelis duæ reginæ, scilicet Berengaria regina Angliæ uxor regis Ricardi, et Johanna quondam regina Siciliæ, soror regis Ricardi, navem ascenderunt apud Achon. Die Sancti Dionysii ascendit rex Ricardus navem reversurus in Angliam.

1192. R.S., p. 441.

Richard's Farewell to Palestine.

AD siderum respectus tota curritur nocte; clarescente vero die crastina, rex relictam terram piis respectans luminibus, meditans in longum, audientibus pluribus, oravit dicens; "O terra sancta, Deo te com-"mendo, Qui pia Sua gratia mihi tantum "vivendi tribuat spatium, ut in beneplacito Suo tibi "præstem auxilium, spero quidem, ut propono, tibi quan-"doque succurrere." His dictis nautas urgebat plena vela ventis expedire, quatenus æstus marinos cursu superarent velociori. Ignarus quidem quantæ ipsum manebant tribulationes, et angustiæ, quot esset experturus adversitates per proditionem olim demandatam in Francia, unde machinatum est ut ab iniquis nequiter insidiantibus comprehenderetur, nihil tale suspicans, in obsequio Dei et laboriosa peregrinatione.

1192. R.S., p. 442.

NOTES

[1] *Jerusalem* had been a Christian fortress since its capture by the First Crusade under Godfrey de Bouillon in 1099.

[2] *victor.* Saladin had already defeated the Christians at Hittim, where King Guy of Jerusalem was taken prisoner, and had taken Acre, Berytus, Sidon, and Ascalon.

[3] *regina.* Sibylla, wife of King Guy.

[4] *miles* here, and everywhere in the Itinerarium, means knight.

[5] *rex.* Guy de Lusignan, King of Jerusalem, who had been ransomed after Hittim.

[6] *Marchisus.* Conrad of Montferrat, Marquis of Tyre.

[7] *Octave of SS. Peter and Paul.* July 6.

[8] *dies Sancti Egidii.* August 31.

[9] *dies Sancti Gregorii.* September 3.

[10] *apud Sanctum Dionysium.* St. Denis, named after the patron saint of France.

[11] *imperator.* Isaac Comnenus, Emperor of Cyprus.

[12] *Isaac* was put in *silver* chains; so Richard granted the letter of his request.

[13] *Techehedini.* Taki-ed-din.

[14] *senior de Musse.* The Old Man of Musse, or Sheikh of Alamoot.

[15] *hujus sæculi.* Worldly.

[16] *Casigans.* Kesagenda, a coat of mail.

[17] *vita comite.* While life lasts.

[18] *Caypha.* Haïfa. The initial represents a guttural in Hebrew.

[19] The author of the *Itinerarium* took the account of the Siege of Acre and that of the Battle of Arsûf largely from *L'estoire de la guerre sainte*, by Ambrose.

GLOSSARY

Admiral-alis	an emir.
Babylonia	Egypt.
balista-æ	a sling.
birrus-i	a rag.
bizantius-ii	a bezant (seventy-two to the lb. of gold).
buza-æ	a buss (a kind of dromond).
casal (*casellum*,	Syrian village, not necessarily fortified.
cento-onis	a covering to ward off fire.
se colaphizare	to beat the breast.
comes-itis	(as title) a count or earl.
contus-ti	a long spear or pike.
crucizari	to take the cross.
culcitra-æ	a bed.
Dies dominica	Sunday.
dromo-onis	dromond, a vessel carrying about 800 men.
esnecca (*necca*)	a broad, slow-sailing vessel used for transport.
Fons Ebraldi	Fontévrault.
fossor-oris	a miner or sapper.
galea-æ	(according to context) a galley or a helmet. Galley, a war-vessel with two rows of benches.
Griffo-onis	a Cypriot Greek.

Limazun	Limasol, in Cyprus.
machina-æ	a siege engine.
mangunellum	a mangonel.
Marchisus	a marquis—Conrad of Montferrat.
miles-itis	(*throughout*) a knight.
millarium-i	a mile of thirty-two stadia.
pallium-ii	a cloak.
papilio-onis	a tent, pavilion.
petraria-æ	a catapult.
pharetra-æ	a quiver.
Pictavia	Poitou.
Polanus-i	a European born in Palestine.
propugnaculum-i	a defence.
Quadragerima	Lent.
rotare	to rub.
sabbatus	Saturday.
scaccaria	chessboard.
Soldanus	the Sultan.
speculator-is	a spy.
sudis-is	a spear.
talentum Saracenicum	see bizantius.
teloneum	toll-gate.
tenor-oris	condition.
tentoria-æ	tent.
tintinno, tintinnare	to ring.
vigilia-æ	eve.
zucarum-i	sugar.

PRINTED IN GREAT BRITAIN BY
BILLING AND SONS, LTD., GUILDFORD AND ESHER